



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Provinciæ Paraquariæ Societatis Jesv

Techo, Nicolas

Leodii, MDCLXXIII.

Cap. 14. Horatius Morellius moritur & laudatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38528

mit, demptamq; sic morbi causam mentitur. Adonidis & Veneris artibus dedita gens est. Viri farninas herbis plusquam Colchicis ad putida inventa alliciunt. Farnina praeacutus & digitalibus spinis nares aliasve teneriores corporis partes pungunt, donec sibi copiosum sanguinem elicuerint. Quo in vasculo excepto, magisq; pulvisculis alperso, extreemam totius corporis cutem quasi rubricet instingunt, praesertim paelle: & hoc purpurissatam potenter lenocinantur, ut turpem victoriam ab aspectantibus ferre semper reportent. Crudelitas gentis plusquam barbara est: sepius se viri ad singulare certamen provocant: duelli leges haec sunt. Pilam lapideam in angulos decisam oblongo funi inferunt, diuq; rotant Monomachum, tum pedem pedi conserunt, & caput nudum ambo demittunt, iustum alternatim fronte excepturi, nisi alterius primâ vibratione cadat. Qui prior ferit, is timidior debiliorq; reputatur; quamvis interdum unicâ rotatione antagonista prosternatur. Sic antequam primam percussionem faciant, dum Gallinaceorum in morem immoti persistunt. Victori inconditis clamoribus applaudunt spectatores. Iesus si vulnus curat, infamie notam incurrit. Aliud etiam roboris experimentum faciunt: nam sagittam per ventris cutem adiungunt, & cœl foret acus, longo post intervallo educunt. Horum hominum aliquot ætate jam proiectos, qui haec scripsit, salutaribus aquis abluit. Matrimoniorum illegitimo ritu contractorum valori consuluit, præstigiosa instrumenta pluribus ademit, combussitque, Socio interim altero in perditos mores vehementer utiliterque declamante.

EX Esterensi Collegio sacri pescatores retia sua projectum ivere in aquas fluminis Salsi, ad cujus ripas duodeviginti Indorum pagi numerantur: & impleta ibi piscibus naviculâ, ad flumen Dulce properarunt. Piscationis Apostolicæ in utroque flumine fructus fuit, quater mille à peccatis absolvisse (quorum quarta pars tolâ vitâ conceptum virus salubriter evomuit) Ducentos Baptismo ablutos, aliquos sub conditione reloctos, centum paria matrimonio conjuncta fuisse. Ubi frequentes conciones habitæ sunt, multorum cum utilitate, praesertim puella Indæ Tucumanensis, quæ post auditum unum è nostris Patribus de castitatis bono publicè differenter, animo firmiter destinavit tantæ virtutis divitias diligenti cautione, & si opus foret vi defendere; quod nihil feciūs, quām proposuit, præstitit: nam ab nebulone violenter ad scelus sollicitata restitit, & se potius fœde laniari flagris, quām Virginitatis thesaurum sibi adimi, permisit. Inde concionator nobilissimam prædam è dæmonum fauicis eripuit. Nam cùm argumentis evicisset, panem Angelorum esse præsentissimum antidotum contra Averni venenum, efficit ut quidam perditissimæ vitæ homo laudatam medicinam feedissimo ulceri quæreret, qui factus per multos annos succubo dæmone in quotidianam libidinem abusum se fuisse, ideoque jam diu salutis spem depositisse; addidit, pro concione, illapo in mentem Divinæ legis radio inductum, ut flagitaret admitti ad mensam, quā non ægrè post expiatas animæ lordes impetratâ, ne semel quidem deinceps ad turpe horrendumque commercium Infernalem puppum rediisse.

IN Esterensis Collegii villâ Horatius Morellius vitam finivit Apostolicis laboribus gloriosem. Consentaneæ in Calabriâ olim nobilibus ortus parentibus, Romæ adolescens laureâ utriusque juris jam donandus, Societatem inicit. Summam in eo lenitatem indolis, comitatemque agendi, jucunda oris suavitatis & hilaritas perpetua condiebat, mirâ congreuentium voluptate. Factum fictumque erat ipsi ingenium ad omnem exercitationem virtutis: in primis vero ad Apostolicarum missionum egregiam functionem. Septem annos integros apud Calchaquinos, Indorum pertinacissimos, posuit, summam in corpusculum severitatem exercens, nam tritico turcico, tuguriolo luteo, & humicubatione contentus, continua orationi intendebat, aut laboribus. Vix latum unguem eâ in regione ab Martyrio absuit. Alias item variis ex Collegiis expeditiones pro bono animatum adorsus, iisdem virtutibus exornavit: gloriolæ necis & laborum avidissimus semper fuit: atque adeò ad suos Calchaquinos perpetuò anhelabat. Placuit tamen Divinæ bonitati hominem emeritum è villa Collegii, quam spiritualiter excolebat, ad cœ.

Duellatum modum.

CAPUT
XIII.
Esterium
Sociorum
expeditio-
nes.

Castitas pro-
pugnata.Eucharistie
etc.

CAPUT
XIV.
Horatius
Morellius
moritur &
laudatur.

Horatii in-
doles.

Missiones.

Mors.

lestem Jerusalem placidè evocare. In ultimo agone rogatus num lubens moreretur: *Quidni, inquit, si mors est ad vitam aeternam via?* atque hæc fuit ultima vox morientis.

CAPUT

XV.
In aliis Col-
legiis res
geitæ nar-
rantur.

*Excusio ad
Planos.*

*Pertinax ca-
stigatur.*

*Mulier in
peccato mo-
ritus.*

*Jux-
ta.*

*Liberalitas
caelitus re-
penfa.*

*Franciscus
Gonzales
Pachoni vo-
catio.*

*Pueri exem-
plum nida.*

*Maria Vir-
go submu-
diuum impe-
ditu.*

CAPUT

XVI.
Ludi secu-
lares cele-
brantur in
Hispanoru-
urbibus.

Legitimè.

AB Rioccensibus Sociis ad Planos fructuosè excusum est. Planis in minimè planis, & toto fermè anno nivibus opertis locis habitant. Ad eos itur per ardua montium juga: extremam corporum egestatem patiuntur, vix corum aliqui ruguria habent, sub diò, aut in antris passim vivunt. Animarum indigèntia periculosis illis, quā corporum est: nam antequam Didacus Boroa eò Socios mitteret, quinque integris annis Sacrorum subdicio caruerant. Ex inculto hoc & vepribus horrente solo, multi lætæ segetis manipuli collecti sunt, adhibitâ gnaviter sacramentorum falce. Ex excusoribus unus accersitum miserat Indum hominem è tuguriolo aliquantum distante, ut cum Divinorum mysteriorum participem faceret: venit ille, sed nescio quā de causâ, benè monenti reluctans, eò unde venerat cum peccatorum pondere rediit, in redditu equus, quo vehebatur, ac si continuati ponderis impatiens esset, infessorem excusit, quo casu miser sibi brachia & cura fregit, exemplo docturus periculosum esse contra Dei, per suos præcones vocantis, stimulos calcitrare. Gravior etiam fuit Indæ mulieris casus, quæ post quā turpissem libidinibus diu fræna laxasset, nec se fineret aut conscientiæ mortificatione, aut cœlesti per verbi Divini præcones admonitione, ab effræni cursu fisti, tandem in ipsa peccati turpissem actione vitâ drepentè privata est; sceleris confusio ad meliora converso. In Collegio Boni-aëris Rector injunxerat, ut toties quoties aliquid opis egeni flagitarent, illico præberetur, nullique oleum, vinum & triticum denegaretur. Quam liberalitatem rependit Deus novis beneficiis: nam cùm ex continua largitionibus oleum, vinum, & triticum deficeret expiarent, movit quorundam civium animos, ut tantum earum rerum ad Collegium mitterent, quantum economicis rationibus novisque largitionibus sufficeret. Quibus accessit donatio novem millium aureorum facta ab Francisco Gonzales Pachono, paulò antè mortem in Societatem nostram recepto. In hoc portu, uti in universis hujus Provinciæ sedibus factitur, solent Socii, maximè Jejunii tempore ingruente nocte, narratione alicujus patheticæ historiæ animos auditorum ad Dei timorem & voluntariam castigationem aliumve pium affectum excitare; cui rei, curiositatem agis, quā pietate ductus, cùm interfuisset vir primarius, vidisser que puerum sexennio minorem, & alterum septennio non majorem, humeros suos flagellis scarificasse, non pueriliter; ita permotus est, ut affereret se sine pudore ferre non posse, pueros sexennes in innocentes humeros tam severè animadvertere, improbamque ipse cutem genialiter cūrare: ex eoque ad severiora converti cœpit. Ibidem suspedio ærumnosissimæ vitæ, quam ducebat, finem querere destinabat non-nemo, & jam resti collum innodarat, quando drepentè è loco, in quo violentam mortem sibi machinabatur, deturbatus, vidit ponè ic Dei Matrem, cui quotidie corollam ex rosario piè innestebat, eoque spectaculo recreatus, à proposito cessavit, & conceptum crimen apud nos purgatum venit. Sed ab nimis seriis luctis tantisper animum averttere, & spectaculo ludorum pro instauratione primi nostræ Societatis sæculi institutorum tantisper accommodare.

IN exorno primo Societatis sæculo Romani Socii toti mundo prævivere exemplo, Barberinorum munificentia & pietate. Europa sequenti anno Romam imitata, & forsitan alicubi ad invidiam Dominæ suæ posteros excitavit pristinæ ostentatione virtutis. Nos tandem, mundi nuper noti incolæ, eadem sacra fecimus, non ideo illegitima, quia centesimo secundo anno post natam Societatem indicta. Nam ut eruditè annotant Chronologistæ, Sem post diluvium, cùm genuit Arphaxad, centum annorum suisse dicitur, & tamen constat ex computatione temporum centum & duorum annorum suisse. Binarium nempè, utpote minutum, in tanto numero non curavit Moïses, & nos etiam tanto authore silebimus,

atque